

VOTIVUS APPLAUSUS,  
 NUPTIIS,  
 VIRI CLARISSIMI,  
**Dn. MARTINI PROXII,**  
 Gymnasii Thoruniensis Professoris  
 ac Visitatoris merentissimi;  
 Cum  
 FOE MINA LAUDATISSIMA,  
**M A R G A R E T A,**  
 NATALIBUS  
**S E I D E L I A,**  
 VIRI Plurimum Reverendi,  
**Dn. M. CHRISTIANI HYLLERI,**  
 Ecclesiae Sdunensium qvondam Pastoris, &  
 Presbyterii Evangelici in Majori  
 Poloniâ SENIORIS,  
 VIDUA;  
 Sduni, Anno æræ vulgaris,  
 M.DC.LXX. d.XIX. April.  
 feliciter celebrandus,  
 DICTUS & DICATUS,  
 à  
**Qvibusdam Professoribus**  
 aliisq; Docentibus.

---

THORUNII excudit JOHANNES COEP-  
 SELIUS, Gymnasii Typographus.

Um modò letifero s̄avirent frigore Cauri,  
Spargeret & densas Janus ab axe nives;

Ut gratos coleret juvenisq; senexq; Penates,

Una salusq; forent cognita lustra feris:

Adspirare Tibi s̄vetos, Neonymphe, Caminos

Ignibus ab ipsis non nisi frigus ais.

Inde foras abiens cœlo frigente, calescis,

Qvoq; magis friget, jam magis ipse cales.

Hoc magis ipse cales, proprius qvō cernere Sdu-

(NUM,

HYLLERIAMq; Tuam cernere, Sponse,  
datur.

Usserat hæc imas penitus Tibi flama medullas,

Cederet ut qvicqvad frigoris istud erat.

Horridus ipse tuis applaudit amoribus æther,

Ut, qvi mors aliis, hic Tibi vita foret.

Qvod superest, utriq; precor, sic vestra calescant

Connubii sanctâ pectora nexa fide;

Ne prius ut frigus Divinos intret amores,

Qvām feret extremam frigida pausa diem.

Præterea votis faveant pia numina cunctis,

Mi MARTINE Tuis, MARGARIS atq; Tuis!

Cl. Dn. Sponso, Collegæ suo amiciss.

gratulabundus applaudit

M. ERNESTUS König/ Gymn. Rect.

SON-

## SONNET.

**G**o eilt Er zu / mein Freund / wie denklet Er von  
hinnen?  
'Es ist in Thoren ja / GOTT Lob / kein Mans  
gel nicht/  
An dehm / was Ihm izund zu Seiner Doth gebricht/  
Wie daß Er anderwerts das Vortheil wil gewinnen?  
Er ist aus Schlesien ; drum treiben Ihn die Sinnen  
Stets nach der Vaterluft. Die Sitten sind das Licht/  
Worauf ein Vuhler sol am meisten sein gericht.  
Ist etwas noch dabe / so lobt man das beginnen  
Mit doppeltzreicher Lust. Ich zweifle nicht daran/  
Er habe diesesmahl die Augen aufgethan/  
Gleich wie ein Kluger pflege. Nun mus der Hochste  
walten  
Und über solcher Eh die Augen offen halten/  
Damit sich finden mag Gesundheit / Seegen / Ruh.  
Wo Gott der Wächter ist / da geht es glücklich zu.



## AD SPONSUM abiturientem.

**I**To avibus faustis, felicior Aucupe qvovis,  
Chaoniamq; domum fistula ducat avem.

Qvod ex animo precatur

**M. SAMUEL SCHELGUIGIUS.**  
Silesius, Gymn. Profess. & Correct.

In

Nventa tandem Margarita qvæsita,  
Opima fatis tardioribus præda:  
Qvæ præmium laboribus Tuis cedat,  
Speiç; semper optimæ nec indignæ.  
Nam Græciæ qvò Barbaræ & laboranti  
Helenam malā miles bonus bonam reddas,  
Ad ilium toto decennio pugnas.  
Non lusus ille ludus est, tot æstivis  
Oestris premi: frigusq; tot pati brumis:  
Tacebo devorata tædia, & gerras,  
Qvas pulveri, ventisq; rectius tradis.  
Nunc obtines beatus id, qvod optâsti,  
Verum moræ solamen & salis tardi,  
Qvo condias insulsâ qvæq; gustata.  
Sic sic laboris improbi datur merces,  
Ut ipsa Sors probè merentibus nubat.  
Ceu prædacæsles incidit Tuos sponsa  
Simul petita pluribus: sed iratâ  
In cæteros vel Deliâ, vel infausto  
Astro petita. Hinc gratulor Tibi, Sponse,  
Clarissime, & svavissimæ Tuæ Sponsæ.  
Pecorq; qvanta mens cupit, capit vestra.  
Respondeant desiderantibus vota;  
Sint Nestoris dies, torusq; sit felix!

Hicce Clariss. Dn. Collegæ suo  
animis gratulatur

JOACHIMUS FRISICH, Gymn. Prof.  
PRÆ-

PRæmia, quæ Pietas spectat pro fine laborum,  
Conjugis & probitas inter referenda videtur.  
Hinc multum felix talem cui ducit Iova  
In Thalamum Sociam, instituit qui jura marita.  
Hoc Tibi contingit: Cum Cajâ vivito Caje  
Idecirco faustus, Vos dum disjunget amantes  
Stamina vivendi ducunt quæ Triga sororum.  
GEORGIIUS PRÆTORIUS,  
Scholæ N.C. Moderator.

**H**err Prox der wil sich aus dem Kloster machen/  
Ob ihm nicht die Müncheren behagt?  
Ich weis nicht was ihn plagt:  
Er wil nicht mehr zu Nacht alleine Wachen.  
Alleine seyn / dies weis Er aus den Schriften  
(Die Gottes Geist gestelt)  
Das es Gott nicht gefält;  
Drumb ändert Er auch seinen Sinn ikt eben/  
Und gründet sich auf Gottes erstes Stifften/  
Da bald (nach seiner Art)  
Ein Jedes ward gepaart:  
Der Adam künft im Paradies nicht Leben.  
Allein ; drumb ist ihm auch das Weib gegeben.  
Herr Prox thut also wol / daß Er verläßt  
Das leere Kloster Nest.  
Gott gebe Glück zu seinen Heyraths Sachen.  
Michael Bapzihm Cantor in der Altstadt.

**B**acznie Stárzy twierdzili: że do ożenienia  
Nie ták trzebá urody y dobrego mienia,  
Nie ták bogactw odmiennych; iák státey mitości,  
Tá w wiekcie y u Pogan bywátá zacności.  
Ta on przezacy Muzyk Orpheus porussony,  
Nie leniť się choć w pickle ſukáć swoicy žony,  
Gdzie Bogom grat ná lutni przedtym niesłycháney  
Dotad, ažby zás nábył žonki ſwey kocháney.  
Miłość w oney Alceście ták wiele správitá,  
Ze ſię gwoli mężowi zábić dopuſcítá.  
Taſs Evadne przećinko mężowi patálá,  
Ktora przy zmárlym yſwe ſpalic ciało dálá.  
Táka čiludźie miłość miedzy ſobą mieli,  
Jako żyli, ták umrzeć wespół z ſobą chcieli.  
Niechże y čię Bog chowá w podobnej mitości  
Cne stádlo, dluгоletnicy dodaiac stárości,  
Inžyczy ábys ták w mitę žyiac zgodźie,  
Zadney nie podlegalo ſkodliwcy przygodźie.

Johan: Silentarius, Cantor P.

---

**H**AUD inopinato fuit connubia casu;  
Sed ligat è Cælo pectora casta D E U S.  
Hocce E, quis dubitet, quin Par nunc junxerit Idem;  
Diffita si reputet mente animoq; loca.  
A Domino hoc factum! fausto qui sidere duxit  
Ad Sponsam Sponsum, mox E Amore replet.

Fas

Fas mihi, cum nostro bona verba adferre Lyceo,  
Quéis voveam Lecto prospера quaq; Pari.  
Unus Amor vobis, constans fit & una Voluntas!  
Sponse tuam Sponsam dilige, Sponsa tuum!

Id qvod animitus precatur

Georgius Lehmannus, Gym. Collega.

**T**Hesauros alius variâ sibi comparat arte,  
Callidior fallit mox tamen alter eum.  
Ambitio stolidâ mentem prurigine vexat  
Hujus, sed socii sunt, & Honos & Onus.  
Sic fallax alios traxit sua sàpè voluptras,  
Omnia fluxa tamen, ventulus, umbra, sonus.  
Haud raro fuerit facile felicior alter,  
Qui firmo Sociam jungit amore sibi.  
Gratulor ergò Tibi, VIR Praclarissime, Claræ  
Qui Sponsæ Sponsus discupis esse modò.  
In votis habeo: Domini Vos Gratia servet,  
Et votum Vobis impleat omne DEUS!

Hisce gratulabundus assurgere voluit

Georgius Stolz/ Reg. Pruss.  
h. t. Gymn. Collaborat.

**Q**Vid juvat assiduos sociâ sine ferre labores,  
Quidve juvat moesto pervagilâsse Thoro?  
Is prudenter agit, Summi qui Numinis Ori  
Paret, & Uxorem ducere ritè studet.

Lando

102919

*Laudo conatus, Proxi Clari ssi me! vitam  
Providus edulcas h̄ac ratione Tibi.*

*Quare vota fero gratante animoq; manuq;:  
Virvite felices, incolumesq; diu!*

*Hæc pauca debitè subjunxit*

*Paulus Hendermannus Transyl.  
b.t. Gymn. Coll.*

---

**N**on male, *Vir Pra-Clare*, facis, dum foedere  
jungis

Ritè maritali Sociam Tibi semper amandam.  
Apprecor ex animo: Jovæ ut Benedictio præsit  
Conjugio Divina Tuo, cumuletq; salute  
Omnigenâ Vos, & servet per Nestoris annos!

*Ita amicâmente de felici Conjugii sue-  
cessu, gratulabatur*

*Martino Barthius, Saxo Trans. b.t. Coll. Gym.*

---

**I**pse Deus Castus Castos conjungit amantes,  
Ac jubet unius corporis esse duos.

Hinc Vos felices decantans apprecor, ut sit  
Mense adem, semper conjugiumq; ratum.

*Hæc paucissima inter extera congratulantium vota  
devote deproperare studuit mente*

*Franciscus Sartorius, Transyl. Coll.*